V. 10. Apte confert Monk. Iphig. T. 228. Ἀγαμέμνονος παῖ καὶ Κλυταιμνήστρας τέκος. Idem laudat Blomfield. ad Aesch. Prom. 140.

V. 11. ἁγνοῦ Πιτθέως. Vid. Med. 678 sq.

V. 14. ψαύει Flor. 15.

V. 17. ἀν', quod exciderat in Herv. 1. 2. Cant. ex Ald. restituit Barnes. ἀν' ὕλην Codd. Iam Canterus in notis: Videtur legendum χλωρὰν δ' ἀν' ὕλην.

V. 18. ἐξαίρει Lasc. Ald. rell. ἐξαιρεῖ Valck. Musgr. ut scriptum in Florr. Vid. ad Phoen. 516.

V. 19. Lasc. ὁμιλίᾳ. Monk. e Porsoni coniectura edidit ὁμιλίαν. Vix opus. In hoc loco interpretando non minus haeserunt interpretes, quam in altero Phoen. 293. προςπίπτειν τινὶ est *applicare se ad aliquem*, ut recte Musgr. Sensus est: προςπεσὼν αὐτῇ μειζόνως ἢ κατ' ἄνθρωπον, pro eo προςπεσὼν μείζονα ὁμιλίαν, ut in Phoen. γονυπετεῖς ἕδρας προςπίτνω σε, pro γονυπετῶς προςπίτνω.

V. 20. τούτοισι μέν γ' οὖν οὐ φθ. Ald. rell. τούτοισι μὲν οὖν οὐ φθ. Lib. P. Flor. 10. 15. τούτοις μὲν οὖν οὐ φθονῶ Lasc. Par. E. Flor. 2. τούτοισι μὲν νῦν οὐ φθονῶ Paris. A. B. D. Flor. A. τούτοισι μέν νυν οὐ φθ. Havn. ut edidit Valck. Ita carere possumus coniectura V. D. in Classic. journ. IX. p. 197. τούτοις ἐγὼ μὲν οὐ φθ. qui etiam v. 22. malit τὰ πολλὰ γάρ.

V. 23. Instituit orationem, ac si dicere vellet, προκόψασα οὐ πολλοῦ πόνου δέομαι. sed immutavit constructionem, quae origo est anacoluthorum, participiorum pendentium, quae vocant, s. absolutorum. Cf. Elmsl. ad Soph. Oed. T. 60. et supra ad Phoen. 283. De constructione πόνου με δεῖ cf. Porson. Adv. p. 239. Ceterum Flor. A. πολέμου πολλοῦ.

V. 26. Flor. A. Πανδίονος ἡ πρός.

V. 27. Monk. edidit κατείχετο, quod probat Elmsl. ad Heracl. 634. Mihi hoc in temporum rationem peccare videtur. Exempla nonnulla vocis mediae pro passiva usurpatae dedi in Gramm. gr. §. 496. quibus adde Soph. Antig. 698. Eur. Hel. 42. Cf. Schaefer. ad Gnom. p. 166.

V. 28. βουλεύμασιν Lasc. Flor. 2. τοξεύμασι Havn.

V. 29. καὶ πρίν τιν coniicit V. D. in *Class. journ.* l. c.

cui opponatur v. 34. ἐπεὶ δὲ Θ. In sqq. iungenda πέτραν Παλλάδος i. e. τὴν ἀκρόπολιν et ναὸν κατόψιον γῆς τῆσδε, *unde in hanc terram despici potest.*

V. 31. ἐγκαθίσατο Ald. rell. Flor. 15. ἐγκαθίστατο Flor. A. 10. ἐγκαθείσατο Lasc. Par. A. E. Cott. Lib. P. Flor. 2. Vict. Havn. ut edidit Valcken. Idem huic voci litem movit, et, quum ἐγκαθείσατο nullo adiecto dativo dici non posse existimaret, corrigendum censebat ναῷ Κύπρ. ἐγκαθείσατο, ἐρῶσ', Ἔρωτ' ἔκδημον, *in templo Veneris dedicavit amans Amorem absentem*, i. e. simulacrum Cupidinis, spectantis ad hominem absentem, cuius amore flagrabat. Hoc quidem iam refutarunt Musgrav. et Brunck. monentes, de Veneris templo a Phaedra dedicato loqui veteres, ut Diod. Sic. IV, 62. p. 306, 24. Asclepiadem apud Schol. Od. λ', 320. de Cupidinis simulacro altum apud omnes silentium esse. Ut autem Herod. VII, 208. dixit ἀλογίης ἐνεκύρησε πολλῆς, pro simplici ἐκύρησε, Sophocl. autem Oed. C. 1482. ἐναισίου δὲ (δαίμονος) συντύχοιμι pro τύχοιμι (vid. Gramm. gr. §. 428. 2.), quidni Euripides dicere potuerit πέτραν παρ' αὐτὴν Παλλάδος ἐγκαθείσατο ναὸν pro καθείσατο?

V. 32. ἔκδηλον pro ἔκδημον Flor. A. Flor. 10. 15. Par. A. Havn.

V. 33. τὸ λοιπὸν (Ald. rell. τολοιπόν) ὠνόμαζεν ἱδρ. θεάν omnes Codd. cum Lasc. et Ald. quae tamen prorsus intelligi non posse, nec a quoquam intellecta esse dicens Valck. scribendum coniecit τὸ λοιπὸν ὑμνήσουσιν ἱ. θεόν. unde ὑμνήσουσιν recepit Brunck. Hoc in meam editionem ex eodem fonte fluxit, unde egregium illud ἧς ἔχουσιν ἀρετῆς Med. 300. ὀνομάζειν τι ἐπί τινι frequens est apud Platonem, sed ita ut significet *nomen rei indere.* Alcib. I. p. 135. C. ἵνα μὴ ὀνομάζωμεν αὐτὸ ἐπὶ καλῷ ἀνδρί. Ibid. p. 108. a. ἐπειδὴ βέλτιον μὲν ὠνόμαζες ἐπ' ἀμφοτέροις. Cf. de republ. VI. p. 493. C. et Heindorf. ad Parmenid. §. 107. p. 163. Sed h. l. sensus requirit, *Hippolyti nomine templum appellavit*, (quo sensu Herod. II, 112. dixit: ξείνης Ἀφροδίτης ἐπωνύμιόν ἐστι (τὸ ἱρόν)· ὅσα γὰρ ἄλλα Ἀφροδίτης ἱρά ἐστι, οὐδαμῶς ξείνης ἐπικαλέεται.) non *Hippolyto nomen tribuit.* Igitur vel Ἱππολύτου legendum vel ἐπὶ Ἱππολύτῳ nihil aliud esse potest, nisi *propter Hippol. s. in honorem Hippolyti.* Quum vero post ὀνο-

V. 331. Flor. A. *λέγουσά τι τιμιωτέραν φανεῖ.* Monkio scribendum videtur: *Οὔκουν — φάνει;* sic. voluit *φανεῖ*, ut Porson dedit Orest. 1231. Cf. Soph. Ai. 79.

V. 332. Lasc. Ald. rell. *δεξιᾶς τ᾽ ἐμῆς.* Flor. A. 15. 10. (in quo *τ᾽* omissum) *δεξιάν τ᾽ ἐμὴν*, quod receperunt Musgr. Valck. Brunck. Vid. Dawes Misc. cr. p. 236. Valck. ad Phoen. 522. Porson. ad Med. 734.

V. 333. *μου* pro *μοι* Flor. 15. *δῶρον* omittit Flor. A.

V. 336. Havn. *ὦ μῆτερ, οἷον τλῆμον.*

V. 337. *ταῦρον* Flor. A.

V. 338. *σὺ δ᾽* Flor. A. 10.

V. 340. Elmsl. ap. Monk. coni. *ὧδ᾽ ἀπόλλυμαι.*

V. 341. Havn. *πῆ προβ. λ.*

V. 342. recte explicant scholia.

V. 343. *οὐδέν τοι* Lasc.

V. 344. *ἅ μ᾽ ἐχρῆν λέγειν* Ald. rell. contra metrum. Is. Vossius in notis MSS. *ἅν μ᾽* vel *ἅμ᾽*. Barn. *ἅ ᾽ν μ᾽ ἐχρ.* soloece. Recte Musgr. *ἅμ᾽ ἐχρ.* i. e. *ἃ ἐμέ.* Brunck. *ἁμὲ χρὴ λέγειν.* quod nollem recepissem. Vid. ad v. 296. Elmsl. ad Heracl. 959. Qui dicit *λέξον, ἃ ἐμὲ χρὴ λέγειν*, non negat se dicturum esse, quae oporteat, qui *ἃ ἐμὲ χρῆν λ.* negat. Illud, ut hunc versum irrideret, ponere potuit Aristoph. Equ. 16. Ceterum Flor. 15. *οὔ μ᾽ ἐχρ.*

V. 346. Reisk. coni. *ὃ δὴ λέγουσιν ἐν ἀνθρώποις ἐρᾶν;* quod recepit Brunck. sed *λέγουσ᾽* scripto. Breviter loquitur pro *τί τοῦτο, τὸ ἐρᾶν, ὃ λέγουσι ποιεῖν ἀνθρώπους;* Flor. 15. omittit *δή*, et *ἐρῶν* habet pro *ἐρᾶν.*

V. 347. Pro *ἀλγεινόν* Flor. 15. *ἄλγιστον.*

V. 348. *ἡμεῖς δ᾽ ἄν* malebat Valck. sine idonea causa. Pro *εἶμεν* Flor. 10. Havn. *ἦμεν.* Tum Codd. et edd. *κεχρημέναι.* Par. A. recte *κεχρημένοι.* Vid. Gramm. gr. §. 436. 3.

V. 349. Havn. *ἀνθρώπου τινός;*

V. 350. Flor. 15. *ἐστὶν* pro *ἔσθ᾽.*

V. 351. *σύ* pro *σοῦ* Havn.

V. 353. *γυναῖκας* Flor. A. *οὐκ ἔτ᾽ ἀνάσχετα* Havn. *ἀνασχετά* etiam Flor. 2. 10. 15.

V. 355. Havn. *σῶμα κἀπαλλαχθήσομαι.*

V. 358. Havn. *κακῶς* pro *κακῶν.* Flor. A. *οὐκ ἂν ἦν θεός.*

V. 759. δεινὰ Lasc. Ald. rell. Havn. δεινᾷ coni. Is. Vossius, edidit Barnes.

V. 761. χαλεπὰ Havn. Lasc.

V. 762. ἀπονυμφιδίων una voce Havn.

V. 763. ἀμφίβροχον una voce Havn. βρόχον ἀμφὶ Par. E. Flor. 2. Lasc. ἅψετ' ἀμφὶ βρ. Flor. 15.

V. 764. δείρᾳ e Markl. corr. receperunt Valck. et Brunck.

V. 766. ταῦτ' pro τάν τ' Flor. 15. ἔνδοξον Lasc.

V. 767. φήμαν Flor. 2. 15. Lasc.

V. 768. φρεσὶν pro φρενῶν Flor. A. 10.

V. 769. In Ald. rell. praeponitur Θεράπαινα, sed v. 774. et 780. ἄγγελος, in Paris. A. Ἐξάγγελος, quod receperunt Valck. et Brunck., in Havn. Τροφός. vid. Schol. Barnes. praefixit Ἄγγελος.

V. 770. δρόμῳ pro δόμων Flor. 2. e corr. 15. Vict. et MSS. alii apud Musgr.

V. 772 sq. nutrici tribuit Par. A. Etiam Havn. Χοροῦ nomen omittit. Flor. 15. nil habet, nisi φεῦ βασιλὶς οὐκ ἔτ' ἐστὶ δή, 10. nil nisi οὐκ ἔτ' ἔστι (sic) δή. Havn. om. ἔτ'.

V. 774. σπεύσατ' Flor. 10.

V. 776. Vitiosum ἡμίχορος, etsi in Orest. 1250. iam correctum, hic et 778. me imprudente remansit.

V. 778. Ald. rell. τί δ' οὐ πάρεισι, *cur vero non adsunt.* Sed Musgravii interpunctio, quam Brunck. et Monk. etiam secuti sunt, accommodatior videbatur.

V. 779. βίου Ald. rell. Flor. A. 10. 15. Par. A. Havn. βίῳ Flor. 2. Lasc. App. Prov. Vat. VI, 8. Utramque lectionem agnoscunt Par. E. Lib. P. βίῳ recepit Valck. commendatum iam ad Phoen. 1282. eumque secutus est Brunck. Non placet, quia videri possit esse a recto ὁ ἀσφαλὴς βίος, quum sit pro οὐκ ἀσφαλές ἐστι τῷ βίῳ. Ad locutionem τὸ ἀσφαλὲς τοῦ βίου, i. e. ἡ ἀσφάλεια τοῦ βίου, nemo offenderit: cur ἐν ἀσφαλεῖ βίου alienum videatur?

V. 780. Lib. P. praeponit Θερ. Havn. τροφ. — ἐκτείναντες Flor. 10. Havn. ut habet X. Π. 1484. et ediderunt Brunck. Monk. οἰκτείροντες Par. D. ἐκτείναντες firmari

Brunck τοῦτό τ' ἐκσῶσαι Flor. A. Ceteri omnes ἐκσώσειν. Similis varietas fuit supra 919. — Havn. τοῦτ' ἐκσώσειν.

V. 957. 8. ὅρκοι, λόγοι κρείσσονες τῆςδε pro τῶν τῆςδε λόγων. Vid. Gramm. gr. §. 453. Herm. ad Viger. p. 717. Schaef. melet. p. 57. 127. ad L. Bos. ell. p. 3. ad Apollon. Rh. p. 164. V. 958. γένοιτ' pro γένοιντ' Flor. 10. Havn.

V. 959. Ald. rell. μισεῖν γε φ. Canteri coniecturam μισεῖν σε φ. confirmant Parr. B. E. Lib. P. tres Florr. Havn. Vict. Lasc. μισεῖν τε φήσαις Flor. A. φήσαις etiam Flor. 15.

V. 960. Ald. rell. τοῖς γνησίοις σοῦ π. pro quo τοῖς γνησίοισι π. restituit Canter. et sic Parr. omn. Flor. A. (qui γνησίοισιν) 2. 10. Havn. Vict. τοῖς γνησίοις πολ. omisso σοῦ Flor. 15.

V. 962. ἢ δυςμεν. Flor. A. Par. A. δυσμενίᾳ Havn. τὰ φίλατ' Par. A. ὤλεσαν Brub. ἀπώλεσε Havn.

V. 964. ἐμπέφυκας Flor. A.

V. 967. προκείμενον Flor. A.

V. 968. Ald. rell. τί οὖν; τί ταῦτα. Flor. A. 2. 10. 15. Parr. omn. Havn. Vict. Lasc. νῦν οὖν τί ταῦτα. ut legendum annotavit Is. Vossius in notis MSS.

V. 970. Havn. ἔξαιρε. — ὅσον φυγὰς τάχος Flor. A. 10.

V. 972. Havn. ὅρον pro ὅρους.

V. 973. Flor. A. παρών (Hamb. παρῶν) γε. Havn. γέ σου. Par. A. ἡττηθήσομαι.

V. 974. Flor. A. μαρτυρήσαις, Flor. 15. μαρτυρήσῃ. Pro Σίνις Flor. A. 10. σίνεις, Havn. σίννις, ut Ald. rell. Σίνις iam Barnes.

V. 975. κτανεῖν γ' ἑαυτόν Par. A. quod recepit Brunck.

V. 976. οὐδ' ἐν θαλάσσῃ Flor. A. 10. θαλάσσης σύννομοι dictum ut Hel. 1488. σύννομοι νεφέων δρόμου, ubi tamen Blomfield. ap. Monk. ad h. l. legit δρόμῳ. Ego σύννομος δρόμου, θαλάσσης non minus recte dici puto, quam κακῶν ξύνοικος Soph. Oed. C. 1134. ut non necessaria sit Blomfieldii correctio θαλάσσῃ *Quart. rev.* p. 224. citantis Aesch. Choeph. 596. Arist. Av. 508. συννόμοις κειρωνίδες in Hamb. notatum e Flor. A. σκειρωννίδαις Flor. 15. σκιρρωνίδες Flor. 2. Vict. Lasc.

V. 977. μ' ante εἶναι deest in Flor. 15.

V. 651. Lasc. Flor. A. 10. 15. Par. B. D. ἀποιμώζῃ. Havn. ἀποιμώζεις. Ald. rell. ἀποιμώξεις. Flor. 2. ἀποιμώξῃ. Neque οἰμώζομαι nec οἰμώξω dicebant Attici, sed οἰμώζω et οἰμώξομαι. ἀποιμώζεις edidit Monk. probante Elmsleio in auctario annot. ad Eur. Med. p. 82, 32. Mihi ἀποιμώξει verius videbatur; nam in eiusmodi increpationibus futurum fere usurpatur. vid. Phoen. 547.

V. 654. δολίου Flor. 10. Havn.

V. 657. σὸν παῖδα Havn. Notanda autem constructio οὐ νομίζω με παῖδα σὸν πεφυκέναι pro οὐ νομίζω παῖς σὸς πεφυκ. Sic Soph. El. 471. μικρὰν Δοκῶ με πεῖραν τήνδε τολμήσειν ἔτι. Cf. infr. v. 683 sqq. Gramm. gr. §. 535. not. p. 770 sq.

V. 658. Vulgo ἦτ᾽ ἄρα π. pro quo scribendum erat ἦ τἄρα i. e. ἤτοι ἄρα.

V. 659. Ald. rell. ὅθ᾽ ἡλίκος δ᾽ ὤν, Canter. Barn. ὅθ᾽ ἡλίκος τ᾽ ὤν, pro quo Duportus coniiciebat ὁ τηλίκοσδ᾽ ὤν, Barnes. ὅς τηλίκος τ᾽ ὤν, Valck. ad Hippol. 480. εἰ τηλίκοσδ᾽ ὤν, Reiskius ὅς τηλίκοσδ᾽ ὤν, quod confirmatum ed. Lasc. Parr. omn. Flor. 2. 10. 15. Havn. recepit Musgr. ὅς τηλίκος Vict.

V. 663. πατέρα τέ γ᾽ ἐνδ. Lasc. Ald. rell. cui lectioni quod opponit Monk. γέ τε nunquam coniungere Atticos docere Porsonum ad Med. 863. huc non pertinet, ubi non de γέ τε, sed de τέ γε sermo est. Ipse ex Elmsleii ad Soph. Ai. 469. in *Mus. crit. Cantabr.* I. p. 361. coniectura edidit πατέρα τ᾽ ἂν ἐνδίκως ἄν. Flor. A. 10. 15. Havn. πατέρα τ᾽ ἐνδίκως, hic etiam ἐμόν pro μόνην.

V. 664. τόν pro τόνδ᾽ Havn.

V. 666. Havn. βίος (supra: χρόνος).

V. 667. ἔζων Lasc. Ald. rell. ἔζην legendum coniecit Pierson. ad Moerid. p. 149. ex Etymol. M. p. 413, 8. et sic Flor. A. 10. 15.

V. 668. ἔτεκον pro ἔστενον Flor. A.

V. 669. χρή. „Haud scio an rectius legeretur χρῆν." *Monk.* Fallitur: hoc esset, qua sorte ille frui debebat, sed non fruebatur. Vid. ad Hipp. 296. 344.

V. 671. Pro ἐγώ σοι Flor. A. ἀγῶσι. Lasc. Ald. Herv. 1. δόμον et v. sq. δόμων, Herv. 2. utrobique δόμων. Canterus

ratam esse profitetur, non commemorationem praeteritorum malorum. Gravius est, quod in ipso sententiarum ordine inest incommodi, quodque ex parte attigit Musgr. Qui enim dicit, *At quid haec lamentor, praesentia autem mala non respicio?* is declarat, non opus esse mala praeterita (ταῦτα v. 398. opposita τοῖς ἐν ποσίν) commemorare, sed praesentia potius respicienda esse. Nihilominus tamen etiam post haec ad praeterita mala enumeranda pergit. Itaque versus 398. 9. post v. 404. collocandi, et cum versibus proxime sequentibus 405. 6. coniungendi esse videntur. Herm. haec adnotavit: Vereor ne recte schol. ἐξικμάζω per ἐρευνῶ explicet, i. e. quasi exprimendo summam rei colligere. Ita recte se habebit vulgatus versuum ordo, hoc sententiarum nexu: quid queror de moriendi necessitate, ac non potius summam malorum meorum reputo, quae, Hectore, patria, libertate amissa, nihil habeam, cur vivere optem. Solus mihi reliquus est filius, quem quum occidere velint, me potius pro eo mori par est.

V. 398. τί ταῦτα δύρομαι hic, ut in versu Neophronis hinc expresso ap. Stob. Grot. p. 107. legendum suspicatur Porson. ad Hec. 734. quo opus non esse contendit Hermann. ib. ad v. 721. ἐξικμάζω v. sq. Schol. recte explicare videtur δακρύω. Hic certe sensus optime convenire videtur. Sed quomodo ille in verbo inesse possit, non intelligo, nec quomodo idem esse possit, quod ἐξικνέομαι, ut Schneider. in Lex. explicat. Nam nihil aliud esse potest ἐξικμάζω, nisi *humorem extraho*, unde ἐξικμασμένη χώρα apud Suid. i. e. ἐξηραμμένη. Scholiasten, ἀναζητῶ explicantem, ἐξιχνιάζω legisse suspicatur Aem. Portus. ἐξηκμάζω Flor. 10.

V. 400. Flor. A. τροχηλάτου.

V. 403. Lasc. Ald. sqq. κόμης ἀποσπασθεῖσ᾽. Quod Pierson. Veris. p. 72. reponendum vidit κ. ἐπισπασθεῖσ᾽, id ipsum habent Parr. A. B. D. Flor. 10. 15. Havn. κόμην Flor. A.

V. 404. φονεῦσί θ᾽ Ἕκτ. Ald. rell. At Flor. A. 2. 10. 15. Vict. Parr. omn. Havn. Lasc. φονεῦσιν Ἕκτ. quod recepit Musgr. Ceterum in Taur. et Gu. sic dispositi sunt hi versus 400. 403. 401. 402. 404.

V. 405. Taur. Gu. τί δῆτ᾽ ἐμοὶ ζ. ἡ.

V. 406. λύπας pro τύχας Havn.

V. 407. Hunc versum distinxit Brunck. ut in Par. A. distinctus est, — ἥν μοι, λοιπὸς ὀφθ. β. Non in eo vertitur cardo sententiae, quod unum puerum se habere, sed quod hunc unum filium sibi praesidium vitae restare dicit. Itaque omnis interpunctio tollenda. Pro λοιπός Flor. 2. Vict. Lasc. λοιπόν.

V. 408. κτενεῖν Ald. rell. κτανεῖν Flor. A. 2. 10. 15. Lib. P. Vict. Havn. Lasc. quod recepit Brunck. Sic Or. 1573. μέλλω κτανεῖν. Quum Grammatici μέλλειν cum Infin. aoristi iungi posse negarent, saepius aoristus in futurum mutatus est. Vid. Boeckh. ad Pind. Ol. 8, 32.

V. 409. εἵνεκ' Ald. rell. Taur. Gu. ἕνεκ' Flor. 15. οὕνεκ' Parr. B. D. Lib. P. Flor. A. 2. 10. Vict. Havn. Lasc. Quis hic οὕνεκ' a librariis profectum opinetur, ac non potius εἵνεκ'? Lenting. p. 46. ob saepius in hoc versu invenuste repetitam diphthongum ου malit ἀθλίας, dubitans tamen, an, ut ὁ ἐμὸς ἀθλίας βίος recte dicatur, aeque bene dicatur τοὐμοῦ ἀθλίας βίου.

V. 410. Havn. ἐν τῷδε μὲν γάρ ἐστιν ἐλπὶς, εἰ σωθ.

V. 413. Flor. A. φράζειν pro σφάζειν. Havn. ἀπαρτίσθαι.

V. 414. Taur. Gu. ἡ τεκοῦσά θ' ὡς σὺ μὴ θ.

V. 415. Flor. A. ὑπεῤδράμης. Utramque lectionem coniungit Gu. ὑπερεκδράμης. μόνος pro μόρον Flor. 2. Vict.

V. 416. ἀπωλόμαν Ald. rell. etiam Musgr. ἀπωλόμην iam Lasc.

V. 419. Gu. ἔπραξε. Tum Brunck. πᾶσιν ἀνθρώποις cum hac nota: „Vulgo πᾶσι δ' ἀνθρώποις, male." An propter sequ. ἄρα?

V. 420. αὐτ' Gu. Havn. λέγει pro ψέγει Flor. 2. Vict.

V. 421. δυστυχῶν τ' εὐδ. Ald. rell. Primus Barn. δ' pro τ', ut coni. Aem. Portus. et sic Florr. 2. 10. 15. Vict. Havn. Lasc.

V. 422. ἀκούσασ' edidit Brunck. probante Monkio ad Hippol. 1107. et sic Lasc. Vid. ad Hipp. 1102.

V. 424. Ald. rell. χρή σε καὶ σὴν παῖδ' ἄγειν. Taur.

V. 194. δὴ 'πόνησ' iam Ald. rell. praeter Barnes. ἄλλοισι δήποτ' ἦν ἁμιλλ. λ. coni. Markl. ἀλλ' ἢ σὺ δὴ 'πόνεις ὁμιληθεὶς λ. Musgr. nescio quid difficultatis in loco plano et expedito quaerentes.

V. 197. Elmslei. in *Class. journ.* comparat Andocidis verba p. 3. ed. Reisk. ἐγὼ δὲ, ὦ ἄνδρες, πολὺ τὴν ἐναντίαν τούτοις γνώμην ἔχω.

V. 199. „De phrasi εἶναι ἐν φάει vid. Valcken. ad Eur. Phoen. 1349. adde Hec. 706. (diverso sensu 1214.) Soph. Phil. 1242." Porson. Adv. p. 230.

V. 200. ἐκπεφυρμένον Parr. A. B. ap. Markl. Flor. 1. 2.

V. 201. θηριώδη Par. A. Markl.

V. 202. Ald. rell. πρῶτον μέν. Vict. πρῶτος μέν. Parr. A. B. ap. Markl. Lib. P. ap. Musgr. Flor. 1. 2. πρῶτον μέν, ut primus edidit Barnes.

V. 203. Iacobs. cur. sec. in Eurip. p. 61. et Wakefield. Silv. cr. II. p. 76. ὡς γεγωνίσκειν, ille etiam ἔπος pro ὄπα. Si ſana est lectio, supplendum ὥςτε ἡμᾶς γιγνώσκειν ὄπα.

V. 204. Markl. coni. τροφήν τε καρποῦ γητραφῆ, κἀπ' οὐρανοῦ, Hermann. τρ. τε κ. γητρεφῆ, κἀπ' οὐρ. Ego neque γητραφὴς, nec γητρεφὴς usquam legere me memini, quamvis analogiae non repugnet; nec gradatio in vulgata offendit.

V. 205. Vulgo ὡς τά γ' ἐκ γ. Emendavit Markl.

V. 206. Par. A. ap. Markl. ἄρδει τε. νηδὺν Telluris recte intelligit Heynius ad Pind. Ol. 5, 54. Markland. coni. ἄρδη τ' ἄνυδρον. — πρὸς δὲ τοῖσι. Blomfield. Mus. crit. 2. p. 182. et Monk. ad Alcest. 274. legendum censent πρὸς δὲ τοῖςδε.

V. 207. Ald. Brub. Herv. 1. 2. προβλήματ' αἴθον' ἐξαμύν. θ. unde Reisk. πρόβλημα κ' αἴθον' ἐξ. θεόν. αἴθον sine apostropho primus dedit Canter. Aemil. Portus αἶθον, ut Rhes. 987. quod recepit Musgr. vel potius αἶθος. T. Faber, Heath. et Markl. αἶθόν τ' ἐξ. Milton. et Valck. ad Phoen. 786. p. 292. αἶθός τ' ἐξ.

V. 210. Vulgo κοὐ σαφῆ, γινώσκομεν. Alterum e Parr A. B. C. recepit Markland. et sic Flor. 1. 2. Vict.

rexit Markl. et iam Barnes. in marg. Alias τὸ πρᾶγμα. Sed fortasse legendum ἄφρων νέος τ' ἦν, πρὶν τὰ πράγματ' ἐγγύθεν σκοπῶν ἐξεῖδον, donec tandem. Vid. Elmslei. ad Med. 1142. Et sic etiam Lenting. p. 65.

V. 482. ἐσῆλθε Flor. 1. 2. Vict. pro εἰσῆλθε. Mox non debebam recipere Marklandi coniecturam ἐννοουμένον pro ἐννοουμένῳ, quod in omnibus Codd. et edd. legitur. Vid. ad Med. 58.

V. 485. στρατιά Codd. et edd. contra metrum. στρατεία Barnes.

V. 488. μέτεστί μοι e Markl. coniectura. Vulgo μέτεστί σοι, inepte.

V. 492. Duo Parr. lib. P. Flor. 1. 2. supra scriptum αἱ οι habent τροπαὶ τοιαίδε. Vict. τρόποι τοιαίδε. Quod explicationis causa additur χρῆσθαι τοῖσι βελτίστοις ἀεί, non potest vocari τροπή. Qui τροπαὶ τοιαίδε scripsit, sermonem adhuc esse de μεταβολαῖς et τῷ μετέπεσον credidit.

V. 494. Pierson. Veris. p. 78. legendum censet γενναῖα λέξας, ne copula deesset. Hoc ipso plus spiritus habet oratio, quod copula deest. Eodem errore ductus Musgr. v. 498. legi iubebat ταρ. γ' ἀδελφῶν οἷς δι' ἔρωτα γίγνεται Πλ. τε δωμάτων, ἀπέπτ. V. sq. Flor. οὐ καταισχύνῃς.

V. 496. Vulgo Μενέλαος. Barn. in marg. Alias Μενέλεως, quod probat Heath. Musgr. Μενέλα', quod recepit Gaisford, quum etiam margini ed. Basil. in bibl. Bodlei. adscriptum esset; et sic citat Porson. Praef. Hec. p. XXI.

V. 497. ὑπέθηκες Ald. rell. etiam Musgr. ὑπέθηκας iam Barnes. et Florr. 1. 2.

V. 498. Anapaestum in quarta sede optime sustulit Dobraeus ad Arist. Pac. 649. ταραχή γ' ἀδελφῶν διά τ' ἔρωτα γίγνεται. Cf. Quart. rev. 14. p. 457. ubi etiam exempla τε post praepositionem positae citantur Soph. Oed. T. 253. 541. El. 599. Ai. 53. 492. Phil. 1294. Eur. Suppl. 383. Ion. 1283. Herc. f. 477. Arist. Vesp. 126. Sed non iniuria hi vss. offendere videntur Boeckhium p. 288. tum propter tres anapaestos tribus deinceps versibus positos, tum propter sententiam intrica-

V. 836. ἀλλ' ἦ πέπ. Ald. rell. ἀλλ' ἦ Barn. Musgr. vid. ad Alc. 833. Notam interrogandi etiam post δεινά poni vult Heath.

V. 840. σ' post ὄμμασιν om. Flor. 1. 2.

V. 842. καί σοι. Imo καὶ σοί, *tibi quoque*. τόδε, χαῖρε.

V. 844. Πρεσβύτου personam praeponunt Lib. P. Vict. quum in edd. et Codd. rell. esset Θεράπων. ὤ σέ τοι λέγω est ex emendatione Markl. pro ὥς σέ τοι λέγω. Flor. 1. ὡς ἔτι λέγω.

V. 846. Par. A. ἀνοίξας (παρ). Cf. Blomfield. gloss. Agam. 721.

V. 847. Vict. τῷδ'. μ' post γάρ delet Elmslei. ad Soph. Oed. T. 461. et ad Med. 703. (cf. auctar.) metri gratia.

V. 849. Ald. rell. τῶνδε τῶν πάρ. Par. A. Flor. 1. 2. τῆσδε τῆς, quod edidi, secutus Musgr.

V. 851. Ald. Brub. Herv. 1. 2. ἦ μόνῳ πάροιθεν δῆτα παῖδ' ἔφεστ. Canter. ἦ μόνω πάρ. δ. παῖς δ' ἐφ. Voluit, puto, παῖσδ', ut est in Commelin. et sic Parr. Florr. Vict.

V. 852. μόνοιν malit Markl. λέγεις Flor. 1.

V. 853. Par. B. σώσουσ', A. Flor. 1. 2. Vict. σώσας i. e. σῶσον οὕς et σῶσον ἅς.

V. 854. Ald. rell. et Codd. ὁ λόγος εἰς μέλλοντ' ἂν ὤσῃ. sine sensu. Scalig. εἰς μέλλοντ' ἂν εἴη, Reisk. εἰς μέλλοντα λεύσσει χρ. Markl. ἀνοίσει, addens: ἀνοίσει (fut. ab ἀναφέρω) εἰς usitata est locutio. At nec activum pro ἀναφέρεται, nec futurum convenit. Musgr. εἰς μέλλοντ' ἀνοιστέος, putans huc respexisse Plutarch. Opp. mor. p. 694. 765. ed. H. Steph. ἀλλ' ἀνοιστέος ὁ λόγος, ὥς φησιν Εὐριπίδης. Vid. Musgr. ad fragm. inc. 125. Haec autem lectio metro repugnat. Quid reponendum sit, latet.

V. 855. δεξιᾶς ἕκατι recte explicavit Markl. μὴ μέλ' Ald. rell. μὴ μέλλ' Barn. et sic Par. G. Flor. 1. 2. Vict.

V. 856. οἶσθα δῆτά μ' Porson. Adv. p. 253. quod probat Elmslei. ad Med. p. 287. not. quia γ' in interrogatione locum non habere sibi persuaserat; nam in Ald. rell. interrogationis nota erat in fine versus. Sed nec ea deleta vim habet illud γε.

V. 1276. Elmsl. l. c. hos versus ita scribendos censet: *μήποτ᾽ ὤφελες τὸν ἀμφὶ | βουσὶ βουκόλον τραφέντα | παῖδ᾽ Ἀλέξανδρον κτίσαι.* ut numeros scilicet trochaicos efficeret. Seidler. l. c. *πόλει· μή ποτ᾽ ὤφειλε τὸν ἀμφὶ βοῦς | βουκόλον ἐκτραφέντ᾽ Ἀλέξανδρον οἱ | κίσαι*, nihil tamen certi de hoc loco pronuntiare ausus. Ut nunc versus descripti sunt, primus est dochmiacus incipiens a cretico; sequitur iambicus, tum antispastus cum cretico vel dochmiacus cum iambo.

V. 1278. Musgr. coni. *οἰκῆσαι*, recte improbante Brunckio ad Andr. 293.

V. 1282. Versus est choriambicus tetrameter, choriambi secundi et tertii arsin secundam solutam habens:

        ⏑́⏑ ·   ⏑́⏑
–́ ⏑ ⏑ –́ | –́ ⏑ ⏑ — | – ⏑ ⏑ — | –́ ⏑ ⏑ –́

V. 1286. *Κύπρις* tanquám insititium damnat Elmslei. ad Bacch. 1153. et ad Med. l. c. ubi versus, quos pro trochaicis habet, ita scribit: *ἔνθα ποτὲ καὶ Παλλὰς ἔμολε | καὶ δολιόφρων Κύπρις, Ἥρα θ᾽ | ὁ Διὸς Ἑρμᾶς τ᾽ ἄγγελος | (ἃ μὲν ἐπὶ πόθῳ τρυφῶσα, | δορὶ δὲ Παλλὰς, ἃ δὲ Διὸς ἄ | νακτος εὐναῖσιν βασιλίσι) | κρίσιν ἐπὶ στυγνὰν, ἔριν τε | [δυστυχῆ] τᾶς καλλονᾶς. | ἐμὸν, ἐμὸν δὲ θάνατον, ὄνομα | μὲν φέροντα Δαναΐδαισιν, | ὦ κόραι. προθύματ᾽ ἔλαβεν | Ἄρτεμις πρὸς Ἴλιον. | ὁ δὲ τεκών με τὰν τάλαιναν | (ἰὼ μᾶτερ, ἰώ μᾶτερ) | οἴχεται προδοὺς ἔρημον. | ἃ δὲ δυστάλαιν᾽ ἐγὼ πι | κρὸν γάμον, πικρὰν ἰδοῦσα | δυσελέναν, φονεύομαι, δι | όλλυμαι σφαγαῖσιν, ἀνοσί | οισιν ἀνοσίου πατρός.* Equidem nihil decernere audeo, sed tamen v. 1283. videtur esse iambicus dimeter, sequens dochmiacus, tum 1285. antispastus cum dochmio, 1286. trochaicus trimeter brachycatalecticus, 1287. antispasticus dimeter, incipiens a diiambo, in quo pro priore

                                    ⏑⏑   ⏑⏑
iambo est dactylus: ⏓ — ⏑ – | ⏑ –́ –́ ⏑ | ⏑ –́ –́ ⏑, sequentes iambici. V. 1289. *τᾶς* insititium videtur, non solum ob metrum, sed etiam quod articulus abhorret a more Tragicorum.

V. 1287. Recte Lenting. p. 68. Pro *Ἥρα τε* Beckius mallet *Ἥρα δέ*, omnino male. Minerva et Iuno, quae inferiores e proelio discesserant, Veneri hic opponuntur, quae superior discesserat.

V. 1368. Ald. rell. ἐχθρούς τε γ' ὑπὲρ Ἑ. Par. B. ἐχθροὺς γε. τε vel γε expunxit Markl. qui etiam signum interrogandi ponendum esse vidit v. sq. post τάδε.

V. 1370. Ald. rell. τί τὸ δίκαιον τοῦ γ'; ἆρ' ἔχοιμεν ἀντ. ἔ. Pro τοῦ γ' Canter. τοῦτό γ', quod recepit Barnes. et ita Parr. A. B. sec. Markl. (E. apud Musgr.) Flor. 1. 2. τοῦγ' (τὸ) Par. C. Vict. In sqq. γ' V. D. in *Edinb. rev.* l. c. et Bremi p. 242. ἆρα γ' ἔχομεν ἀντ. ἐπ. Ge. Burges. praef. Troad. p. XV. totum versum sic scribit: τόδε δίκαιον· οὔτ' ἔχοιμ' ἆρ' ἔν γ' ἂν ἀντειπεῖν ἔπος. Hoc quidem hoc ἂν male deesse videri possit. Facile enim quisque conditionem animo supplet, εἴ τις ταῦτα ἡμῖν ὀνειδίζοι. Sed non necessario haec sententia suppletur, et dicere etiam licet *poterimusne quidquam contra dicere?* Cf. ad v. 1198.

V. 1371. Par. A. οὐ χρή (δεῖ).

V. 1372. ἕνεκ' pro οὕνεκ' Flor. 1.

V. 1374. τό om. Flor. 1. 2.

V. 1375. Ald. rell. et Codd. γενήσομ' ἐγώ. Emendarunt Reisk. Heath. Markl. ad Suppl. 1193. Musgr.

V. 1379. Ald. rell. et Codd. εἰκὸς ἄρχειν. Transponendis vocibus locum sanavit Dan. Heinsius apud Rutgers. Var. L. IV, 3. p. 327. notante et probante Valcken. ad Phoen. 11. ut citat Aristot. Polit. I, 2. Porson. apud Gaisford.

V. 1385. Ald. Brub. Herv. 1. 2. ut et Florr. 1. 2. Vict. ζηλῶ δὲ τοῦ μέν. Canter. Barn. rell. ζ. δὲ σοῦ μέν.

V. 1388. Flor. 1. ἐξελογήσω. — τά τ' ἀναγκαῖά γε Ald. Brub. Flor. 1. 2. Vict. τὰ ἀναγκαῖά γε Herv. 1. 2. Cant. Barn. hic in marg. al. τἀναγκαῖά γε, ut scribi etiam iussit Markl. Nullam causam video, cur ab Aldina recedatur. In Markl. lectione hoc est incommodi, quod τὰ χρηστὰ eadem sunt ἀναγκαῖα, et honesta secuta esse Iphigenia dicitur, quatenus necessaria sunt; quae non magna laus est. Melius Reisk. τἀναγκαῖά τε. Sed nemini, puto, in mentem venisset, τἀναγκαῖά γε vel τάν-τε scribere, nisi τὰ ἀναγκαῖά γε pro lectione omnium editionum habuissent.

V. 1455 sq. in Ald. rell. ita divisi sunt, ut duo iambici dimetri efficerentur. Ego cum Seidlero pro tribus dochmiis habeo:

⏑⏑⏑́⏑⏑́⏑⏑– | ⏑⏑⏑́⏑⏑́⏑⏑– | ⏑⏑⏑́–⏑–. Ad πλόκαμος ὅδε καταστέφειν Elmslei. in *Quart. rev.* 14. p. 461. comparat Hippol. 293. ubi vid. not. Andr. 412.

V. 1457 sqq. παγάς Seidl. quod coniecerat Reisk. et v. 1489. codices, sed supra scriptum, habent. Iunge δίδοτε χερνίβων παγάς. Ego Musgravium sequor. ἑλίσσετε ἀμφὶ βωμὸν Ἄρτεμιν est pro ἑλισσόμεναι ἀμφὶ βωμὸν ἀείδετε Ἄρτεμιν, nec aliter accipio locum Herc. f. 676. ἀμφὶ πύλας τὸν Λατοῦς εὔπαιδα γόνον εἱλίσσουσαι. Praeterea verba ἑλίσσετ᾽ ἀμφὶ ναὸν, ἀμφὶ βωμὸν Seidler. in unum versum coniunxit, et post Ἄρτεμιν lacunam esse suspicatur indicio antistrophae 1492.

V. 1461. ἦ χρεών coni. Elmsl. in *Quart. rev.* 14. p. 446.

V. 1462. Pro θύμασί τε Flor. 2. θύμασι τε (τάς above), *Flor.* 1. θύμασι τάς τε.

V. 1463. Seidler. ἐξαλείφομεν metri causa.

V. 1464—66. etiam Iphigeniae tribuit Seidler. Pro ὡς Markl. coni. ὥς, *sic*, id est, quemadmodum nunc facimus, ut haec loquatur Chorus lacrymans. Sic scripsit etiam Seidler. Melius Blomfield. Mus. cr. 2. p. 190. πῶς — ἁμέτερας; collato Aeschylo S. c. Th. 1061. πῶς τολμήσω μήτε σὲ κλάειν, μήτε προπέμπειν ἐπὶ τύμβον;

V. 1465. γε post δάκρυα delet Blomfield. l. c.

V. 1467. Seidler. hos versus ita disponit:

ἰὼ νεάνιδες συνεπαεί-
δετ᾽ Ἄρτεμιν Χαλκίδος ἀντίπορον,

qui sunt dochmiaci a diiambo incipientes.

V. 1471. Ald. Parr. A. B. τᾶσδ᾽ *Αὐλ.* τάς δ᾽ Flor. 1. 2. τᾶς γ᾽ Brub. Herv. 1. 2. Canter. Barn. Musgr. Quum versus aperte esset dochmiacus, τᾶς uncis inclusi; sed γ᾽ auctoritate destitutum est. Seidler. praecedentem dochmiacum syllabis ὄνο- finiit, et reiecto, quod prius in mentem venerat, δόρα pro δόρατα, δάϊα pro disyllabo

V. 820. ἀπέβα Reiskio debetur pro ἐπέβα.

V. 823. dochmiacum effingere voluit Blomfield. Mus. crit. 2. p. 192. δέδια δ' ἐκ χερῶν μή με πρὸς αἰθέρα Ἀ. φ.

V. 824. Par. B. ἀμπτάμενον. Intelligi Orestem monuit Seidler. ut opus non sit Marklandi emendatione ἀμπτομένα (ἀμπταμένα).

V. 827. ζοᾶς Blomf. l. c.

V. 828. Seidler. ὅτι μοι συνομαίμονα | τόνδε δόμοισιν ἐξεθρέψω φάος. Blomf. ὅτι δόμοισι τόνδε ξυνομαίμον' ἐξ | εθρέψω φάος.

V. 832. Par. A. ἐγὼ δὲ μέλεος, unde Seidler. fecit, ἐγὼ δ' ἁ μέλεος. Ut vulgo legitur, diiambus est ante dochmium.

V. 833. Iacobs. Exerc. p. 118. δέρᾳ 'θῆγέ μοι, i. e. ἔθηγε. Elmslei. p. 297. δέρᾳ 'φῆκέ μοι, ut Hec. 1128. (1104.) Med. 633. (631.) δέρᾳ iam Brub. Herv. 2. quum in Ald. esset δέρα.

V. 835. ὦ ante σύγγον' addidit Seidler.

V. 836. λίνων Ald. rell. λέκτρων Pariss. A. B. C. Florr. 1. 2. Vict.

V. 837. δολίην Commel. et Barnes. Seidler. edidit δόλι' ὅτ' ἀπαγόμαν. Hermann. in Censura p. 2156. coni. δόλι' ὅτ' ἀγόμαν, ut hic et praecedens versus essent dochmiacis integri, vel, quod praefert, secundus dochmius disyllabam anacrusin habeat, ἀγόμαν autem, abiecto augmento, primam corripere statuas.

V. 839. τῶν ante ἐκεῖ recte addidit Seidler. In Ald. hic versus tribuebatur Oresti, vss. 840. 41. Iphigeniae, vss. 842. 3. 4. 5. Oresti, reliqui Iphigeniae. Veram personarum in vss. 839—41. distributionem sensu duce invenit Tyrwhitt.

V. 842. Oresti tribuit Seidler.

V. 843. Apte Elmslei. confert Ion. 961. εἰ παῖδά γ' εἶδες χεῖρας ἐκτείνοντά μοι — Phoen. 1347. εἰ καὶ τὰ πρὸς τούτοισιν εἰδείης κακά — Utroque loco praecedit exclamatio, in priore τλήμων σὺ τόλμης, ὁ δὲ θεὸς μᾶλλον σέθεν, in altero οἴμοι κακῶν, δύστηνος! ὦ τάλας ἐγώ!

9. Seidler. infra ad 1284. Boeckh. ad Pind. Pyth. I, 62. IV, 106. Mox κατείργασθαι Ald. Brub. Herv. 1. 2. Correxit Canter.

V. 1052. Pro δεινῆς Markl. malebat κλεινῆς sc. Αὐλίδος. Pro πατροκτόνου Par. A. πατροφόνου. Dictum esse pro παιδοκτόνου πατρὸς χειρὶ recte notavit Elmsl. Cf. ad Hipp. 67.

V. 1058. Ad hunc locum respexisse videri Aristophanem Ran. 1344. monui ad Iphig. A. p. 324. τὰς in hoc versu omittunt Flor. 1. 2.

V. 1060. ἔλεγον ἀείδεις ad sensum idem est ac γοᾷ, οἰμώζεις. hinc additus alter accusativus οἶτον. Sic recte locum explicavit Seidler.

V. 1061. Par. B. ἀξύνετον. (εὐ written above)

V. 1065. Marklandi coniecturam ἀγρούς vel χορούς pro ἀγόρους recte reiicit Seidler. ad v. 1067. Vide nunc Herm. elem. p. 530.

V. 1066. λοχείαν Ald. rell. Correxit Musgrav.

V. 1067. Pariss. B. C. Κύνθιον. (Δήλιον written above)

V. 1070. θάλλος Ald. Par. B. Flor. 1. 2. Vict. θάλλον Brub. Herv. 1. 2. Cant. Pro ἱερόν Par. A. ἱρόν, quod recepit Seidler. Non opus. Vid. Herm. elem. p. 547.

V. 1071. ὠδίν significare videtur locum, ubi Latona partum edidit, a quo usu non multum discrepat alter, quo res venales nominantur pro loco, ubi prostant. Seidler. Aem. Porti coniecturam ὠδῖνι recepit.

V. 1073. κύκνειον om. Par. A. Pro eo Seidler. κύκλιον, quia hic lacus vulgo appelletur τροχοειδής; satis speciose. Sed nusquam apud Euripidem, credo, nec apud alios κύκλιος epitheton est loci, et si metrum spectes, hoc oritur incommodi, quod in antistrophico ita corrigendum est τὸ δέ pro τὸ γάρ. Versus est anapaesticus logaoedicus a diiambo incipiens, similis iis, quos Hermann. affert elem. d. m. p. 418 sqq. Nec κύκνειον ob vicinitatem voc. κύκνος offendere debet.

V. 1076. Markl. αἵ τε παρ. praeter necessitatem.

detur, dubitare Thoantem, an haec, quam dicit, vera causa sit, quod vertas, *an forte, ne occurrant*. Quod Hermann. ad Soph. El. 57. vertendo expressit *ea mente, ut ne adsint in caede*, hoc ipsum esset, ni fallor, μὴ ξυναντῷσιν. Pro φόνῳ Flor. 1. φόβῳ.

V. 1180. Brub. Herv. 1. 2. Canter. etiam Musgraviana, nimium illa chartae et typorum nitorem foedissimis mendis inquinans, ἐλάζειν, quod e coniectura emendans Canter. id ipsum reponi iussit, quod iamdudum in Aldina legebatur, πελάζειν. Personas hic etiam recte notavit Markl. quum ante μηδέν' εἰς ὄψιν πελάζειν deesset Ἰφιγ. quo factum, ut verba εὖ γε κηδεύεις πόλιν Καὶ φίλων γ' οὐδεὶς μάλιστα uni Iphigeniae tribuerentur.

V. 1181. καὶ φίλων δ' οὐδεὶς Brub. Herv. 1. 2. rell. γ' pro δ' ex Aldina, item Par. B. cui accedunt duo Florr. revocavit Seidler. Ad οὐδεὶς supplentes πελαζέτω Markl. et Heath. non senserunt, se soloecam reddere orationem. Seidler. supplendum potius esse verbum dicit, quod significet *admittendus est*. Sed sive dicas *ne quis amicorum accedat*, sive *nec quisquam amicorum admittendus est*, utrovis modo vetantis fieri aliquid erit oratio. Qui autem imperfectam orationem relinquit, iis ipsis, quae ponit, verbis significare et debet et solet, quomodo verba intellecta velit. Quis vero verba καὶ φίλων οὐδεὶς audiens vel legens aliud quidquam animo supplebit, nisi πάρεστι? scriptor si suppleri vult, sive *accedat*, sive *admittendus est*, scribere debet καὶ φίλων μηδείς. Partem laborantem praecidit, non sanavit, Blomfield. in Mus. cr. 2. p. 193. corrigens καὶ φίλων μηδεὶς μάλ. longe melius Elmslei. p. 305. καὶ φίλων γ' οὐ δεῖ μάλιστα, quod lenius dictum est pro καὶ μηδεὶς φίλων πελαζέτω.

V. 1183. Ald. rell. ἁγν. χρυσῷ μέλ. Reiskius optime πυρσῷ, quod probarunt Markland. et Musgrav. ille comparans Hel. 874. (865 sqq.) Herc. fur. 1145. (1117.) Hesych. πυρσῷ, πυρί. Cf. Markl. ad Suppl. 1211. Mox Ald. Herv. 1. 2. καθ. ὡς μόλις πάλιν. μόλης Brub. Par. A. Flor. 1. 2. Male Canter. Barn. e μόλις fecerunt μόλοις, quod tuetur Seidler. tanquam idonea auctoritate munitum. Paris. B. μόλις.

tur, nunquam per se solum *navigium* significat. Hinc νεώς non tantum cum σκάφος, sed etiam cum πίτυλον coniungendum puto, et pro ταρσῷ κατήρει legendum ταρσῷ κατῆρες. Pro νεώς Flor. 1. 2. Vict. νεῶν.

V. 1314. πρύμνηθεν νεώς, *a puppi*, sed in terra stantes.

V. 1315. πρῴροις Ald. Brub. Herv. 1. 2. πρῴρας Canter. Barn. πρῶραν Pariss. Florr. Vict. Dictum pro οἱ μὲν πρῶραν εἶχον bene illustrat Musgrav.

V. 1316. ἀγκύρας Ald. rell. Flor. 1. 2. Vict. contra metrum. ἄγκυραν Scaliger, Barnes.

V. 1318. Optime Seidler. τοῖν ξένοιν pro τὴν ξένην. Sic supra 271. erat ξένην pro ξένοιν. Blomfield. in *Mus. crit.* 2. p. 193. coni. πόντῳ δὲ, δόντες τῇ ξένῃ, καθίεσαν. Optime etiam locum explicavit Seidler.

V. 1323. Pariss. B. C. Flor. 1. 2. Vict. πορθεύετε.

V. 1324. Ald. rell. et MSS. ξόανον καὶ θυηπόλον contra metrum. Musgr. corrigit ξόανα καὶ θυηπόλους. Hinc Seidler. et Elmslei. ad Soph. Oed. T. 322. ξόανα καὶ θυηπόλον. Sed quid causae esse dicamus, cur ξόανα de uno simulacro dixerit Euripides, non item θυηπόλους de una sacerdote? Itaque mihi quum necessario scribendum esse ξόανα, non minus necessario scribendum etiam visum est θυηπόλους. et invidiosius est aliquem simulacra et sacerdotes rapere dicere, quasi de more hoc faciat, quam simulacrum et sacerdotem.

V. 1325. σύ deest in libris. Addiderunt Markl. et Musgrav. τίς ὤν γε Barnes.

V. 1326. ὡς μάθοις Ald. rell. ὡς μάθῃς Pariss. omn. Florr. Vict.

V. 1332 sq. κεῖνοί τε οὐκ εἶχον, ἡμεῖς τε pro οὔτ' ἐκεῖνοι εἶχον, οὔθ' ἡμεῖς. cuius generis unus praeterea locus succurrit, infra 1443. ἐγὼ δ' Ὀρέστῃ τ' ἀδελφῇ τ' οὐχὶ θυμοῦμαι pro οὔτ' Ὀρ. οὔτ' ἀδ. nam quae Markl. affert exempla aliena sunt.

V. 1333. Flor. 1. 2. πυγμαί τ' ἦσαν ἐγκρ.

V. 1336. Vulgo ὥστε ξυνάπτειν, quod non convenit; requiritur enim verbum, quod cum συναποκαμεῖν con-

V. 1352. Ald. rell. et MSS. λάβεσθε κώπαις ῥόθιά τε λευκαίνετε. Ut metro succurrerent, Scaliger coni. ῥόθιά τ' ἐκλευκαίνετε, quod probat Musgr. Markl. vel hoc vel ῥόθιά τ' ἐπιλευκαίνετε, Pierson. l. c. λαβ. κώπαισί τε ῥόθια λευκαίνετε, Seidler. λαβ. κώπαις τε ῥόθια λευκαίνετε, ut τε ante ρ producatur, Porson. Adv. l. c. νεὼς Λαβέσθε, κώπαις ῥόθι' ἁλὸς λευκαίνετε, coll. Electr. 999. Nicand. Ther. 822. Ex his lenissima et facillima emendatio est Piersoni, quae numeris etiam elegantibus decurrat, qui in Seidleri lectione duriores sunt. Propius etiam ad vulgatam accedas, si legas λαβέσθε κώπαισι ῥόθιά τε λευκ.

V. 1358. Par. A. συμπεσου δηπηγετο, quod, merum scripturae vitium, non tanti faciendum erat Marklando, ut coniiceret συμπεσοῦσ' ἀπήγετο. Ἠπείγετο recte explicavit Musgrav.

V. 1360. ἐκαρτέρουν λακτίζοντες recte Schaef. ad Lamb. Bos. p. 632. explicat καρτερικῶς ἐλάκτιζον.

V. 1361. Ald. rell. Florr. εἰς γῆν δὲ πάλιν. εἰς om. Herv. 1. 2. Cant. εἰ γῆν δὴ πάλιν tres *Pariss. ap.* Musgr. (εἰς γῆν ap. Markl.) δή pro δέ etiam Vict. Hinc Musgr. εἰς γῆν δ' ἔμπαλιν, ut edidit Seidler. εἰς δὲ γῆν πάλιν Brub. et sic coni. Canter. εἰς γῆν δ' αὖ πάλιν Porson. Adv. p. 263. coll. Soph. Tr. 1104. Eur. Suppl. 1084.

V. 1364. ἱέριαν pro ἱέρειαν restituit Barnes.

V. 1369. γυμνὰς ἐξ ἐπωμίδων χέρας est e Musgr. correctione pro γυμνὰς ἐκ χερῶν ἐπωμίδας. At num ἐπωμίδας statim attingunt χεῖρες, ut nihil inter ἐπωμίδα et χεῖρα interiectum sit? Tum χεῖρας γυμνὰς eos habuisse, facile credimus etiam non moniti; dicendum erat γυμνὰς ὠλένας vel γυμνοὺς βραχίονας. Memorabilis est lectio trium Pariss. Florr. Vict. γυμνὰς ἐκβαλόντες ἐπωμίδας. An fuit γυμνὰς ἐκβαλόντες ὠλένας? At unde ἐπωμίδας ortum dicas?

V. 1373. Ald. rell. ἄλλοι δὲ, πλεκτὰς ἐξανῆπτον ἀγκύρας. Paris. A. ἄλλοι — ἐξανῆπτεν. Par. C. Flor. 1. 2. Vict. ἄλλος — ἐξανῆπτεν. Sed ἀγκύρας in metrum peccat. Hinc Markl. ἀγκύλας, *lora*, quod probant Musgr. Seidler. Maltby ad Morell. thes. v. ἄγκυρα. At quo

P. 79. v. 15. adde: Cave iungas ὥς ἢ φρον. — ἐξηλέγχετ — κοὐκ ἂν ἠπατώμεθα, quod Lenting fecit p. 26. Vid. Gramm. gr. §. 520. not. 5. κοὐκ ἂν ἠπατώμεθα est *Tunc nos non deciperemur*, nec a superioribus pendet.

P. 83. v. 12. adde: Quod adhuc, imprimis Valckenaerio auctore, pro explorato habebatur, *idem* apud Atticos non esse αὐτός, sed ὁ αὐτός, vel per crasin s. ὡὐτός s. ἀὐτός, id nuper Viri docti in dubium vocare conati sunt, imprimis Buttmann. ad Soph. Phil. 119. Hermann. ad Soph. Antig. 920. Et Buttmann. quidem hoc argumento pugnat, quod αὐτός, non ὡὐτός vel ἀὐτός, plurimis locis in Codd. et edd. pr. sine varietate legatur, ubi sensus ὁ αὐτός poscat, ἀὐτός autem, ut nunc scribendum contendant, nusquam in codd. inveniatur, haud minus frequenter tenuis etiam littera praecedat, ut Oed. T. 557. καὶ νῦν ἔτ' αὐτός εἰμι. Eurip. Ph. 927. (920. m. ed.) ἀνὴρ ὅδ' οὐκέτ' αὐτός. Soph. El. 917. τοῖς αὐτοῖσι γὰρ Οὐκ αὐτὸς αἰεὶ δαιμόνων παραστατεῖ. Codicum quidem auctoritatem vereor, ne, ut nonnulli nimis spernunt, sic alii, in contrariam partem peccantes, nimis superstitiose sequendam censeant: nullus enim eorum est, quin iis vitiis inquinatus sit, quae hodie vix pueris condones. In quibus autem tot vitia inveniuntur, iis cur ibi fidem habeamus, ubi res rationi repugnat? Si autem αὐτός, *idem*, mutare non audemus, propterea quod haec constans omnium Codd. *scriptura* est, num etiam ἀνήρ, ἀγών, ἀγαθός, *prima producta tolleranda* sunt, quia ea Codd. non minus constanter exhibent, an tunc ὡνήρ, ὡγών, ὡγαθός metri causa scribendum est? Hoc quidem dubitationem non habet, quum metrum rationem adiuvet; at quum in his aperte peccatum sit, et quidem constanter, cur in αὐτός pro ὡὐτός s. ἀὐτός non item peccatum esse suspicemur? imprimis quum nonnullis in libris nonnunquam ὡὐτός legatur, ubi alii αὐτός habent v. c. Alc. 142. Tro. 1256. Bacch. 1219. Soph. Phil. 521. Neque enim recte Buttmann. dicit, scripturam ὡὐτός nimium probare videri debere iis, qui solam per ᾶ crasin vere atticam esse demonstraverint. Ea enim demum argumenta nimium probare dicunt dialectici, in quibus ex iis, quae sumta sunt, effici aliquid potest, quod vel per se absurdum est, vel iis, quae efficienda sunt, contrarium; quorum neutrum in hanc quaestionem cadit. Hoc autem tantum ex eo sequeretur, crasin ἀὐτός, ἁνήρ, ἁγών, ἁγαθός librariis ignotam fuisse; quamquam in Baccharum loco in Pal. legitur ἔθ' αὐτός, teste Elmsleio, et praeter argumenta a Dawesio aliisque iam allata egregie eam scripturam firmat Apollon. Dysc. περὶ συνδέσμων in Bekkeri anecd. p. 495, 25. καὶ ὡς ὁ ἀνὴρ ἁνήρ, ὁ ἄνθρωπος ἅνθρωπος, οὕτως τὸ ἕτερον θάτερόν ἐστι. Haec igitur si craseos ὁ α antiqua scriptura fuit, ut videtur, ea quum alia scriptura ωὐ, ex Ionica dialecto petita, paulatim oblitterata esset, (sicut etiam Iph. T. 752. nonnulli scripserunt

amplius ipse est, sed *idem*; ét in eadem formula apud Soph. Phil. 521 in antiquis quoque édd. legitur. τοτ' οὐκ ἔθ' ὡὐτὸς τοῖς λόγοις τούτοις φανῇς. ubi Tricl. οὐκέτ' αὐτός. Cf. Add. ad p. 460. His ita explicatis vix opus est ad eam rationem confugere, quam Hermann. l. c. exposuit. Is enim, ubi is, quem eumdem dicimus, subiectum sit orationis, ibi ὁ αὐτός s. αὑτός poni, ubi praedicatum sit, eumdem aliquem esse, ibi recte αὐτός sine articulo usurpari existimat. Constat quidem, nomina, ubi subiecti vice funguntur, articulum adiunctum habere, ubi praedicati, plerumque eo carere posse; quamquam ne hoc quidem ubique valet: nam praedicatum etiam articulum habet, quum eo res aliqua vel homo ad id refertur, de quo antea sermo fuit, ut Eur. El. 376. τίς δὲ πρὸς λόγχην βλέπων Μάρτυς γένοιτ' ἄν, ὅστις ἐστὶν ἁγαθός s. ὡγαθός. Cf. Suppl. 653. At in nostra formula articulus additus vel omissus apud prosae certe scriptores significationem mutat; ubi autem articulus significationem mutat, nominis sine articulo in praedicato positi ea significatione, quam alias additus articulus tribuit, hoc unum exemplum esset. Quae vero ad hoc illustrandum loca affert Herm. ex iis duo supra removi, Soph. Oed. T. 459. et Phil. 50. Et prioris quidem ipse Herm. hunc proprie sensum esse dicit: *suorum liberorum ipse frater est et pater*, nec ibi potuisse ὁ αὐτός usurpari, quum non de incerto aliquo, sed de certo homine, Oedipo, sermo sit. Quae quid aliud sibi volunt, nisi eo loco αὐτός esse *ipse*, non *idem*? Sed in duobus aliis locis Oed. T. 557. Eur. Phoen. 920. equidem necessario ὡὐτός scribendum existimo, quamvis utrobique praedicati loco sit; nam qui αὐτός, *ipse*, dicit, is alium ab eo diversum animo quasi ei opponit, ut sit *ipse, non alius*; qui ὁ αὐτός, *idem*, is uni diversa et inter se contraria vel certe raro coniuncta tribuit, ut Alc. 142. καὶ πῶς ἂν ὡὐτὸς κατθάνοι τε καὶ βλέποι; Hec. 292. λόγος γὰρ ἔκ τ' ἀδοξούντων ἰὼν Κἀκ τῶν δοκούντων ὡὐτὸς οὐ ταὐτὸν σθένει. ubi vid. not. Med. 255. ἀλλ' οὐ γὰρ ὡὐτὸς πρὸς σὲ κἀμ' ἥκει λόγος. Cf. Hipp. 998. Iph. A. 354. Iph. T. 712. Hel. 127. 558. 1010. Troad. 1256. Similiter Soph. Phil. 1330. ἔστ' ἂν ὡὐτὸς ἥλιος ταύτῃ μὲν αἴρῃ, τῇδε δ' αὖ δύνῃ πάλιν, ubi si αὐτός serves et vertas, '*quamdiu hic sol hac parte coeli ipse orietur* etc. quid illud *ipse* sibi velit, fateor me non intelligere. Neque vero, si ὡὐτός scribitur, hoc dicetur quasi de uno e pluribus solibus, sed sensus erit: donec idem sol erit, nec mutabitur, s. alius in eius, quem nunc videmus, locum succedet. In Antig. 920 Herm. edidit ἔτι τῶν αὐτῶν ἀνέμων αὐταὶ ψυχῆς ῥιπαὶ τήνδε γ' ἔχουσιν, et vertit: *earumdem aurarum flabra ipsa hanc nunc, ut ante, tenent.* In quo quid tandem sibi vult *ipsa* flabra? His de causis nondum credo, Atticis pro ὁ αὐτός dicere licuisse αὐτός, sed hanc corruptam esse lectionem e scriptura ὡὐτός, ut ἁνήρ, ἁγών, ἁγαθός ex ὁ ἀνήρ, ὁ ἀγών, ὁ ἀγα-

P. 281. v. 8. Idem iudicat Hermann. ad Soph. Antig. 1177. At ὧν non rarum est pro ὃς ἦν, v. c. Andr. 968. Tro. 1225. 1229. Hel. 1457. Cf. ad Hec. 804. Hel. 1199. ὁ παρὼν, ὅτ' ὤλλυτο, non ὃς πάρεστι, sed ὃς παρῆν. Soph. El. 927. τοῦ πλησίον παρόντος, ἡνίκ' ὤλλυτο.

P. 283. ad vv. 2 — 6. Erravi: vid. Schömann de comit. Ath. p. 343. C. O. Müller in Erschii et Gruberi Encyclop. T. VI. p. 217. b.

P. 291. post v. 22. adde:

V. 801. Τῶν κατὰ χθονὸς νεκρῶν mire dictum de cadaveribus nondum sepultis. *Erfurdt.* ad Soph. Antig. 511. ed. sec.

P. 300. v. 6. adde: Ad ἦθος πλούσιον confer. Electr. 369. λιμὸν τ' (εἶδον) ἐν ἀνδρὸς πλουσίου φρονήματι, γνώμην τε μεγάλην ἐν πένητι σώματι, ubi ut λιμὸς vocatur illiberale hominis ingenium, qui comportatis recte uti nescit, et opponitur γνώμη μεγάλη, sic πλοῦτος τῆς ψυχῆς vel πλούσιον ἦθος est γνώμη μεγάλη, generosa animi indoles, quae bonis recte utitur, non solum ipsa iis fruitur, sed ea aliis etiam impertit. Cf. Menandri et Phil. reliquiae ed. Meinek. p. 246. CLXXV.

IN IPHIGEN. AULID.

P. 325. v. 8. pro „partem" lege: patrem.

P. 333. v. 14. post „643." adde: Similiter Troad. 984. ὃν σύ γ' ἐσιδοῦσα βαρβάροις ἐσθήμασι χρυσῷ τε λαμπρὸν — —.

P. 336. v. 4. a fin. post „*lora concutere*" adde: et sic apud Soph. El. 712. aurigae ἡνίας χεροῖν Ἔσεισαν.

P. 344. v. 7. a fin. post „*euge bene*" adde: μάλιστά γε sibi ipsi respondentis est Helen. 351.

P. 349. post v. 6. a fin. αὐτός τε καὶ γῇ legitur Troad. 861.

P. 366. post v. 18. Vide an Ἄρει illis locis defendi possit, quae Monk. ad Alcest. 50. adscripsit.

P. 368. v. 10. a fin. Ex quo haec scripsi, antiquas editt. diligentius inspexi, et illud adhuc mihi observasse videor, ubi vis sit in pronomine, ut, quum quis de se ipso loquatur, vel ad alium orationem convertat, ἐμαυτοῦ, σαυτοῦ diceret, ibi constanter scribi αὑτοῦ, αὑτῆς, αὑτόν, ut Soph. Oed. C. 34. 308 sq. 660. 984. El. 572. 803. 966. Ai. 967. 1099. 1366. Phil. 167. 902. itaque etiam in oppositione τὴν αὐτὸς αὑτοῦ Oed. C. 930. cf. 1356. αὐτὴ πρὸς αὑτὴν El. 285. αὐτὸς πρὸς αὑτοῦ Ai. 906. ἐμοὶ πικρὸς τέθνηκεν, ἢ κείνοις γλυκύς, αὑτῷ δὲ τερπνός. at non, ubi non tam oppositio est, quam coniunctio, ut Oed. C. 1124. καί σοὶ θεοὶ πόροιεν, ὡς ἐγὼ θέλω, αὐτῷ τε καὶ γῇ τῇδε. At ib. 1396. scribitur: οὕνεκ' Οἰδίπους τοιαῦτ' ἔνειμε παισὶ τοῖς αὑτοῦ (Brunck. αὐτοῦ) γέρα. Nam simpliciter est τοῖς ἐμοῖς